

INDEX RERVM POTIORVM
IN LIBELLIS HOC ANNO MDCCCCLXVIII
EDITIS OCCVRRENTIVM

- Ad alta nati sumus (*epigramma* H. TONDINI) I, p. 48.
Ad avarum stultum (*epigramma* H. TONDINI) I, p. 49.
Ad cauponem fraudulentum (*epigramma* H. TONDINI) I, p. 49.
Aliud est amicitia, aliud pecunia (*epigramma* H. TONDINI) I, p. 48.
Antiquitates nuper repertae (V. BRACCO) I, p. 43; II, p. 138; III, p. 228; IV, p. 286.
Ad quendam animo vagantem (*epigramma* H. TONDINI) I, p. 49.
Adulescentes de Latinitate certant (Io. COPPA) I, p. 56.
Sermo est de adulescentium certamine Latino, quod in Italiae urbe S. Remulo quotannis habetur, quodque laetam spem de revirescente Latinitatis fortuna omnibus inicit. Hoc anno ducenti et duodecim Lyciorum alumni certaverunt, ex omnibus fere Italiae regionibus atque e Galliae territorio, quod a Maritimis Alpibus nomen trahit.
Africa quid Romae dederit illa, quae Imperii dicitur aetate (R. AVALLONE) I, p. 63.
Hac oratione, quam in Conventu Hallensi auctor habuit, agitur de iis Afris scriptoribus, qui sic linguam Latinam suis operibus illustraverunt, ut luculenter pateat iam Reipublicae aetate prorsus et non solum Italicas non fuisse, sed quodammodo et provinciales, vel potius universales.
Amstelodami et Romae sollemnia Latina certamina celebrata (Io. COPPA) I, p. 54.
Pauca de Certamine Vaticano auctor refert, utpote quod iam his ipsis in Commentariis illustratum (cf. *Latinitas*, 1968, III, p. 176). Fusius autem de Amstelodamensi, seu Hoeufftiano, in quo Fernandus M. Brignoli aureo diademate ornatus; deque Capitolino, in quo superior discessit Th. Ciresola.
Avicula decepta (*epigramma* Ios. MORABITO) II, p. 143.
Benemerentium de opere nostro sociorum nomina, I, p. 7; II, p. 188.
Caius Marius (ALB. ALBERTANI) III, p. 201.
Sua hac commentatione, qua prius praemium in Certamine Vaticano XI reportavit, extremos Caii Marii casus luculentissime auctor narrat, alterius Romae civitatis conditoris; tum praecipue, cum in palude Marius

a suis ipsius civibus captus est; cum in carcerem Minturnensem raptus; cum servo publico, natione Cimbro, munus impositum eundem occidendi; cum denique nequivit barbarus, seu potius ausus non est, in Caium Marium ferrum inicere, post verba illa audita: *Audesne tu, nequam homo, Caium Marium occidere?*...

Cantabrigiensi (in) Studiorum Vniversitate doctores honoris causa Latine renuntiantur (Io. COPPA) I, p. 60.

Vt consuetudo est praestantiorum Studiorum Vniversitatum, in Cantabrigiensi etiam magno Athenaeo rationes lingua Latina illustrantur, ob quas singulis annis laurea honoris causa delectis iis doctis viris decernitur, qui sua auctoritate litteras, doctrinas, artes celebraverint.

Carmina Latina Ferdinandi M. Brignoli (OL. PASQUALETTI) II, p. 122.

Cum Ferdinandus M. Brignoli, Romanus, quinquies aureum nomisma sibi comparaverit ob carmina in Certamen Hoeufftianum missa, dignus omnino visus est, cui laudes his etiam Commentariis tribuerentur. Eo vel magis, quod Batavi Consilii viri doctissimi, qui de eodem Certamine quotannis iudicant, suaserunt, ut haec carmina, in unum redacta volumen, unde aut victor aut victori proximus F. M. Brignoli discessit, in lucem ederentur.

Haec autem sunt quinque carmina, in Certamine Hoeufftiano aureo nomismate donata: *Smaragdus, Emeriti, Certamina, Comes maior, Rudus albus*; haec alia septem sunt magna laude ornata: *Homullus, Cometes, Hortus amorum, Tricinium, Archangelus, Paros, Aegrotus puer*.

Certaminis Vaticani XI exitus, II, p. 83.

Certamen Vaticanum XII indicitur, II, p. 84.

Ciceronis (de) humanitate (N. I. BARBU) I, p. 9.

De ea humanitate in hac commentatione scribitur, quae, hominum amore imbuta, omnia sibi proponit, omnia facit, vituperat aut laudat, ut homines cuiuscumque generis, temporis, orbis terrarum regionis sunt, ad summum splendoris perveniant.

Ex exemplis igitur allatis plane consequitur magnam, amplam, splendidam, suavem dulcemque fuisse Ciceronis humanitatem, atque eum non solum fontem doctrinae rhetoricae, non solum specimen exquisiti oratoris, magistrum aequitatis, amantissimum patriae consulem fuisse, verum etiam, ante omnia, hominem eximia praestantissimaque humanitate praeditum.

Conditis (a) Commentariis *Litterae Latinae* XX anni feliciter completi (Io. COPPA) I, p. 61.

Vindobonenses Commentarii, qui *Litterae Latinae* inscribuntur, iam amplius continuos viginti annos Latinitatis incremento inserviunt, ac de

Latina institutione et cultu bene merentur. Iidem Commentarii praecipue operam dant, ut docentibus ac discentibus id persuadeant, linguam Latinam, sicut praeterito ita et nostro hoc tempore quam maxime aptam esse non modo ad conciliandas singulorum populorum aetates, sed etiam ad diversas nationes inter se copulandas.

De filiolo nuperrime nato (epigramma A. IOLI) IV, p. 292.

De magistri gravedine (epigramma Ios. MORABITO) II, p. 142.

De populari raeda cui nomen « sellae curulis » (epigramma C. A. NVRI) IV, p. 291.

Epigrammata, I, p. 48; II, p. 142; IV, p. 291.

Erasmi (de) *Ciceroniano* quaestiuncula (VILL. ZAPPACOSTA) III, p. 211.

Quinto exeunte saeculo postquam Erasmus Roterodamus natus est, de eius *Ciceroniano* auctor disputat. In eo enim opere Erasmus videtur non solum sententiam Ciceronis non sequi de orationis numero, verum etiam saepius libenter ei obsistere. Quamquam enim Cicero versus ab oratione omnino reiciendos putat, quam plurimos tamen, non modo exámetros et senarios sed alios etiam minus usitatos, Erasmus adhibet. Quod utrum fecerit, ut novam Latine scribendi rationem iniret an modo ut urbanissima sua dissimulatione Ciceronianos omnes irrideret, perdifficile dictu est.

Ex omnibus gentibus constitutum virorum collegium conventibus de lingua Latina apparandis (Io. COPPA) I, p. 53.

Institutum Studiis Romanis provehendis inceptum illud, quod duobus ante annis sibi suscepit, ad exitum perduxit, constituto nempe virorum consilio, in quod Latinitatis cultores undique allekti sunt, quibus datum munus est omnes ubique terrarum indicendi et apparandi de lingua Latina conventus.

Folio cuidam (Ios. DEL TON) I, p. 22.

Latina interpretatio Italici carminis Nicolai Tommaseo, *A una foglia* inscripti.

Gratum laetumque lectoribus nostris referimus nuntium, III, p. 196.

Fernandus M. Brignoli, aureo diademate in Certamine Hoeufftiano sextum coronatus.

Habeat et Lucania Iordanem suum (V. BRACCO) II, p. 138.

De baptisterio Marcellianensi, in finibus Lucaniae, quod supra fontem ideo conditum est, ut ad originem sacramenti mentes revocaret. Saeculo sexto ineunte, Cassiodorus, permoto animo iure de eo scripsit: *habeat et Lucania Iordanem suum!*

In discipulum Graece claudicantem (*epigramma* IOS. MORABITO) II, p. 143.

Inscriptiones Latinae ad honorem Pii IX Pont. Max. ab Antonio Angelini e S. I. compositae (INN. PARISELLA) IV, p. 276.

Memoratu omnino dignos, titulos illos auctor refert, qui, ad honorem Pii IX Pont. Max. compositi, simul illius temporis asperitates posterorum memoriae tradunt, simul Summi eiusdem catholicae Ecclesiae Antistitis facta egregia laudibus illustant.

In vanum poetam (*epigramma* IOS. MORABITO) II, p. 142.

Iulius Porto, sacerdos ac poeta (IAN. MARINELLI) I, p. 30.

Iulius Porto apud Beneventum, in Sanniae finibus, ortus est a. 1795; eius opera, praesertim Latina, nec pauca nec parvi momenti sunt, cum sive vivendi sentiendique rationi et ingenuis litteris lumen afferant. Eius corpus poeticum vario genere confectum: elegiaco, lyrico, epigrammatico, epico; domi suae, ad mensam accumbens, a sicario nefarie interfectus, a. 1861.

Latinae quaedam voces locutionesque, in Encyclicis Litteris *Populorum Progressio* occurrentes, cum sermone Italico comparatae (INN. PARISELLA) I, p. 23.

Litteras Encyclicas Pauli VI Pont. Max. ad Episcopos, ad Sacerdotes, ad Religiosos, ad Christifideles totius catholici orbis, itemque ad universos bonae voluntatis homines, de populorum progressionem promovenda — quas incredibili consensione ac plausu rerum publicarum moderatores rerumque oeconomicarum atque socialium studiosi viri ubique terrarum exceperunt — ad Latinitatem quod attinet scriptionis auctor scrutatur. Vt enim moris est, eadem Litterae lingua Latina prodierunt, eaque tam incorrupta et concinna, perspicua et eleganti, ut doctis viris magnopere probetur.

Quaedam ideo Italicae voces locutionesque, res sociales et oeconomicae huius nostrae aetatis praesertim spectantes, legentibus proponuntur cumque lingua Latina conferuntur.

Lavinium: nam ibi dii penates nostri (V. BRACCO) IV, p. 286.

Vbi vicus exstat, Pometiae finibus ascriptus, quem Itali *Pratica di Mare* appellant, in lucem redierunt vetustissimae Lavinii urbis reliquiae, quam civitatem Aeneas, cum Latium tenuisset et scrofae vestigiis institisset, condiderit quamque ex nomine uxoris appellaverit.

Libri dono accepti, I, p. 79; II, p. 159; III, p. 239.

Librorum existimationes, I, p. 69; II, p. 146; III, p. 231; IV, p. 293.

Linguae Latinae per terrarum orbem fortuna (Io. COPPA) I, p. 53.

Ex omnibus gentibus constitutum virorum collegium conventibus de lingua Latina apparandis; Amstelodami et Romae sollemnia certamina Latina celebrata; adulescentes de Latinitate certant; nuntia de linguae Latinae institutione; in Cantabrigiensi Studiorum Vniversitate doctores honoris causa Latine renuntiantur; a conditis Commentariis *Litterae Latinae* viginti anni feliciter completi.

Litterae missae et allatae, II, p. 144.

Ineunte mense Decembri superioris anni, cum viro praestantissimo Casimiro F. Kumaniecki annus XXX expleretur, ex quo in maximo Athenaeo Varsoviensi profiteri coepit, Fernandus M. Brignoli, horum Commentariorum Consiliarius, eidem venustissimos versus inscripsit, quibus titulus *Civis meus*. De quibus, ut eximio poetae gratias ageret, doctor spectatissimus Kumaniecki iucundam epistulam dedit.

Lucretius (quid) de origine orationis eiusque incrementis censuerit (E. CHLUMSKA-I. KABRT) II, p. 189.

Primordia sermonis humani eiusque incrementa magni momenti problema fuit temporibus etiam antiquis. Re enim vera apud antiquos philosophos varias invenimus de origine sermonis sententias. Hanc eandem quaestionem Lucretius tractat in libro V operis *De rerum natura*, multisque versibus explicat. Cumque aliorum philosophorum menti Lucretii mens repugnet, intellegi ex eo potest aliquid suum ille in huiusmodi rem attulisse.

Quae autem propria gravi hac super quaestione Lucretii sententia fuerit, commentationis auctores explicant.

Malum opportunum (*epigramma* Ios. MORABITO) II, p. 142.

Nominibus (de) locorum minutae quaestiones (CAR. EGGER) II, p. 136.

Prior quaestio: Quomodo vulgare nomen *Abruzzo* Latine reddatur.

Altera: de casu locativo nominis *Fori Iulii* aliarumque hoc genus appellationum.

Nova quorundam verborum Latinorum Italica interpretatio (H. TONDINI) II, p. 111.

Nonnulla vocabula legentibus subiciuntur, quae ex iis auctor delegit, quae in adversaria referre solet, quoties optimorum scriptorum Latinorum opera regustat, ut sunt Ciceronis, Terentii, Caesaris, Livii, aliorum.

Nuntia de linguae Latinae institutione (Io. COPPA) I, p. 57.

Curante Italico Consilio publicae institutioni praeposito, normae editae sunt, quibus litterarum Latinarum edocendarum ratio pressius definiun-

tur, in gymnasiis, lyciis atque in scholis magistris elementarii ludi formandis adhibenda.

In Gallia, supremum Consilium educationi praepositum normas in vulgus edidit, quae ad antiquos sermones in scholis docendos pertinent.

In Hispania, a supremo Consilio nationis educationi provehendae librorum series ordine edita, ut delectae quaestiones de rite tradenda lingua Graeca et Latina explicentur atque illustrentur.

Omnium sis amicus oportet (*epigramma* H. TONDINI) I, p. 48.

Pascoliana quaestiuncula (Ios. VENTURINI) I, p. 50.

De duobus alternis versibus Latinis, quibus conficiendis Ioanni Pascolio mandatum est, ut in amplissima quadriporticu Romanae basilicae Sancti Pauli inscriberentur, utque amplissimi operis, quod Italicorum Regum cura eiusdem basilicae additum est, immortalis memoria exstaret.

Paulus numen Melitae praesens (V. BRACCO) III, p. 228.

Sermonem illum, quem auctor inceperat de divo Paulo insulae Melitae oram petente (cf. *Latinitas*, 1967, III, p. 223), hac commentatione continuat. Vbi nempe M. Cagianus de Azevedo naufragii navem graphio pictam imaginemque sancti Pauli agnoverat, neque aureolam sanctitatis inesse M. Guarducci notavit, neque baculum ad *tau* litterae formam desinentem. Verbum autem *παυλος* in facie saxi unius eorum, quibus villa terminatur, vanum habendum esse, utpote quod e signis fortuitis constare videatur.

Pauperis ne noceas animo (*epigramma* H. TONDINI) I, p. 48.

Pighii Io. B. quasi testamentaria Latinitatis commendatio, IV, p. 249.

Verba referuntur, quae Ioannes Baptista Pighius ad auditores suos Romae, in Instituto Altioris Latinitatis fecit, postremo scholaris anni sermone habito.

Fomponii Attici de vita sua (P. GRIMAL) II, p. 118.

Has libri sui paginas, cui *Rome devant César* titulus, auctor ipse e Gallico in Latinum sermonem convertit, easque in duo capita divisit, quorum alteri titulus: *T. Pomponius senex de vita sua deliberat*, alteri: *Vivo patre*.

Qua imitatione, ratione et causa Graecus *ille dolis instructus et arte Pelasga* (*Aen.* II, 153) a Vergilio ambiguus effectus esse videatur (HERM. PAOLETTA) IV, p. 251.

Initium auctor capit ex Aeneidos illo versu: *Graecus ille dolis instructus et arte Pelasga*. Illumque cum fusius explicaverit, tria de Sinonis fabula cogit; I. Linguam Latinam in ambiguitate adhibenda non minus longe quam Graecam Vergilio auctore processisse; II. Mirum dein quan-

ta novitate a candidissimo atque gravissimo poeta tam vafra, tam multiplex, tam motoria, tam denique a Romanis abhorrens moribus persona efficta fuerit; III. Diversa causa a Vergilio ac Sophocle descriptum Sinonem esse.

Quemadmodum desiderat cervus ... (*epigramma* G.M. LEE) IV, p. 292.

Quid sagax prudentia iubeat (*epigramma* H. TONDINI) I, p. 48.

Quis dabit mihi pennas ... (*epigramma* G.M. LEE) IV, p. 292.

Romaniae veteris divisiones (Io. B. PIGHI), IV, p. 243.

Peracute auctor de Romaniae veteris divisione tractat, a saec. IV ad XI usque, quod spectat nempe Daciam, Pannoniam, Germaniam, Dalmatiam, Moesiam, Galliam, Hispaniam, Italiam Italiaeque insulas.

Sanctus Hilarius primus ex Latinis scriptoribus hymnographus (Ios. DEL TON) II, p. 86.

Hanc orationem auctor, Romae, in Riaria Curia habuit, a.d. VI Cal. Mai., hoc anno, quo die Certaminis Vaticani victores praemio affecti sunt. Cuius orationis occasionem dederunt sexdecim hoc anno condita saecula ab S. Hilarii obitu. Inter christianos Latinos vates primus ille lyrico carmine floruit; primus hymnographus exstitit, duxque illi praecinuit choro, in quo suaves et grandiores personant voces Ambrosii, Prudentii, Paulini Nolani, Nicetae Nemesiani, Sedulii, Paulini Pellensis, Dracontii, Venantii Fortunati, Alcuini, Pauli Diaconi, Paulini Aquileiensis. Itaque in Hilario Pictaviensi salutandum est prorsus natale astrum christianorum poesis.

Senes memores (*carmen* Ios. MORABITO) IV, p. 268.

Hoc carmen alterum praemium tulit in Certamine Vaticano XI.

Sermo ad Bullatium (*carmen* Ios. VENTURINI) II, p. 114.

Tacitus quid de formis Reipublicae Romanae senserit (N. I. BARBU) II, p. 129.

Quo magis perspicue appareat quae fuerit Taciti de hac re sententia, tria tempora Reipublicae Romanae consideranda auctor proponit: primum tempus, cum plebs cum patribus de dignitate contenderet; secundum tempus, cum bella civilia moverentur; tertium tempus, Augusti principatus. Hac ratione exponitur quid Tacitus non solum de Reipublicae Romanae forma dixerit, verum etiam quid de societate Romana, de ordinibus, de hominibus qui de dignitate aliisque causis inter se contendeant, de Augusto eiusque rebus gestis.

Temporis arcanum (*carmen* Io. C. NEWMAN) III, p. 197.

Textum (ad) Ciceronis *contra Pisonem* orationis adnotationes (G. LIDBERG) II, p. 96.

Tres Ciceronianos locos critice auctor tractat, qui in oratione *contra Pisonem* leguntur. Nempe: § 6, *Mihi togato senatus, non, ut multis, bene gestae sed, ut nemini, conservatae rei publicae, singulari genere supplicationis deorum immortalium templa patefecit*; § 10-11: *quas leges ausus est non nemo improbus, potuit quidem nemo convellere, quam potestatem minuere, quo minus de moribus nostris quinto quoque anno iudicaretur, nemo tam effuse petulans conatus est, haec sunt, o carnifex, in gremio sepulta consulatus tui*; § 85: *tua scelera di immortales in nostros milites expiaverunt; qui cum uno genere morbi adfligerentur, neque se recreare quisquam posset qui semel incidisset, dubitabat nemo quin violati hospites, legati necati, pacati atque socii nefario bello lacessiti, fana vexata hanc tantam efficerent vastitatem*.

Τὸ δ' ἐπίγειον ὀνομάζετο πύργου (V. BRACCO) I, p. 43.

Post amplius tria saecula, ex quo Ph. Cluverius, antiquae Italiae locorum investigator, situm in quo Pyrgi floruissent agnovit, nemo umquam locum illum ad antiquitates detegendas exploravit. Nostrae tandem aetati tributum est ut, cum effossiones fierent, quae anno MCMLVII duci coeptae sunt, tum maximi momenti testimonia de antiqua prosperitate reperirentur.

De Pyrgorum igitur populo pauca auctor exponit, quorum vestigia late ad Castrum Novum, in Etruria, patent.

Vtilior censor quam assentator (*epigramma* H. TONDINI) I, p. 48.

Veteres Casmenae (Io. B. PIGHI) III, p. 175.

Auctor Livianum carmen Cincinnati lectoribus proponit, priscis saturniis versibus accommodatum.

Hoc autem carminis argumentum: principium; Volsci ad Antium devicti; Aequi ad Tusculum devicti; Cloelius Grachus; Aequi rebellant; clarigatio ad quercum in Algido; legio in Algido ab Aequis obsessa; Cincinnatus dictator dicitur; arantem inveniunt legati; Cincinnatus Romam petit; postridie contio; edictum dictatoris; dictator noctu exercitum in Algidum ducit, hostium castra castris circumdat; Aequos interior legio adoritur, exterior circumvallat; Aequi sub iugum missi; arma Luae Matri data; consul abdicare iussus; Cincinnati triumphus.

Victores Certaminis Vaticani XI a Paulo VI Pont. Max. coram admissi, III, p. 163.

Vt superiore, ita hoc etiam anno Paulus VI Pont. Max. coram admisit victores Certaminis Vaticani XI, omnesque praeterea viros, qui Consilio *Latinitatis* Commentariis moderandis praepositi sunt, nonnullosque insuper, qui Consilium illud vel sententia vel scriptis iuvant.

Iis Summus Pontifex praeclarum sermonem habuit de nobilitate linguae Latinae, quam Ecclesia catholica usurpavit sibi et commodavit in sacris ritibus perpetrandis, in ecclesiastico iure definiendo, in populis stirpe et cultu disparibus inter se conciliandis: ita nempe ut illa communis Mater, sermonis indicio et velamento usa, universas ubique gentes ea vera, intima, arcanaque unitate inter se consociaret.

Victores Certaminis Vaticani XI sollemniter renuntiati iidemque praemio donati (V. ZAPPACOSTA) III, p. 170.

Die sexto a. Cal. Mai. huius anni, Romam, in maximum Riarii Palatii auditorium, ii viri convenerunt, qui in Certamine Vaticano XI palmam nobilem rettulerant, ut, quo praemio se dignos praebuerant, eo coram sollemni frequentique studiosorum coetu maxima cum laude publice afficerentur.

In sua praeterea scriptione auctor in publicum dat telegramma, quod Paulus VI Pont. Max. gratulationis causa misit coetui in Riariam Curiam coacto; nec non sermonem, perelegantem quidem plausuque ab omnibus comprobatum, quem H. Tondini iis habuit, qui ad sollemnem contionem illam convenerant.

Victorii Genovesi epistolium (H. TONDINI) I, p. 8.

Epistolium hoc, astricta numeris oratione exaratum animique piissimi indicium, auctor paulo ante occasum (cf. *Latinitas*, 1968, I, p. 3), in Hamleti Tondini manus dedit, ista condicione, ne illud prius in publicam lucem emitteretur, quam ipse e vita excessisset. Quod parvum carmen postremum est putandum Victorii Genovesi opus poeticum.

Victorii Genovesi (in) memoriam (Ios. MORABITO) I, p. 3.

Auctor in memoriam revocat Victorium Genovesi, e Societate Iesu sacerdotem, nuper e vivis ereptum. His Commentariis edendis et consilia inde ab initio ille praebuit, et operam navavit, et sui ingenii specimina saepius usque in ultimam aetatem vulganda tradidit. Quamquam enim provecta satis aetate erat, ad ultimos usque fere dies numquam aliquid conscribere desiit. Eiusdem praecipua opera.

Vocabulis (de) ac locutionibus Italicis Latine reddendis supplementum IV (ALF. TRAINA) III, p. 185.

Auctor, ea mente nisus eoque consilio, esse nempe laborandum non in vulgarium linguarum verbis Latina veste induendis, sed vicissim in antiquarum rerum vocabulis ita eruendis ut nostris quodammodo aequari possint, nonnulla linguae Italicae vocabula ac locutiones lectoribus impertit, eademque optima Latinitate vertit.

RINVS MARSIGLIO